AUGUSTINUS. CLAUDIANUS MAMERTUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 48r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26897
Copyright: Admont, Benediktinerstift

cogitatione multa de hac re iam tradita tenemus. non est me
tiendum ne dare desinat cetera cum ea quae data sunt cepimus
impendere. Omnis enim res quae dando non deficit. dum habet
et non dat. non dum habet quin habenda sit. Ille autem ait. Qui habet da
bitur ei. Dabitur quoque habentibus. i. cum benignitate ut entibus eo
quod acceperunt adimplebit atque cumulabit. quod dedit.
Illi quinque et illi septem erant panes antequam incipient dari esu
rientibus. Quod ut fieri cepit. cophinos et sportas satiatis
hominum tot milibus impleuerit. Sicut ergo ille panis dum
frangeretur adcreuit. sic ea quae ad hoc opus aggredienda
iam domini probauit cum dispensari cepint. eo ipso suggerente
multiplicabuntur. ut in hoc nostro munusculo non solum nul
lam patiamur inopiam sed et mirabili habundantia gaude
amus. Omnis doctrina et rerum est et signorum. sed res per signa
discuntur. Proprie autem nec res appellaui quae non ad significandum
aliquid adhibentur. sicuti est lignum. lapis. pecus. atque huiusmodi
cetera. sed non illud lignum quod in aquas amaras moysen misis
se legimus ut amaritudine carerent. neque ille lapis quem
iacob sibi ad caput posuerat. neque illud pecus quod pro filio ymm
olauit abraham. Hee namque ita res sunt. ut aliarum et signa
sint rerum. Sunt autem alia signa quorum omnis usus in significa
ndo est sicuti sunt tuba. Nemo enim utitur uerbis nisi aliquid
significandi gratia. Cequo intelligitur quod appellem signa.
eas res uidetur quae ad significandum aliquid adhibentur. Quam
obrem et omne signum res aliqua est. Quod. i. nulla res est. omnino
nichil est. Non autem omnis res et signum est. Et idcirco in hac diuisio
ne rerum atque signorum cum de rebus loquimur ita loquimur. ut si
earum aliquae ad hiberi ad significandum possint. non impedi
ant particionem qua prius de rebus postea de signis dissere
mus. memoriter teneamus id nec in rebus esse considerandum quod
sunt. non quod aliud et praeter se ipsas significant. Res quoque aliae sunt quibus